



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1845

LXXIII. Das Domstift publizirt einen Schiedsspruch, wodurch seine Uneinigkeiten mit dem Bicar Herrman beseitigt sind, am 2. Nov. 1301.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54414)

stulantes vos familiarius et specialius communicare bonis, que deo donante per nos fiunt affectum deuotionis vestre laudabilem demonstratis, quem sincera complectimur dilectione et beniuola prosequimur voluntate. Nos itaque vestro pio annuentes desiderio tenore presentium honestati vestre damus fraternitatem et omnium bonorum, que in ecclesia nostra auctore deo fiunt participes vos in domino facimus pure et perfecte, Sicut nos ipsos, qui personaliter et presentialiter in vno sumus collegio Congregati. Datum Anno Domini M. CC. nonagesimo VII^o.

LXXIII. Das Domstift publicirt einen Schiedspruch, wodurch seine Uneinigkeiten mit dem Vicar Herrmann beseitigt sind, am 2. Nov. 1301.

Nos adam prepositus, Martinus decanus totumque Capitulum Ecclesie Stendaliensis, Recognoscimus et tenore presentium profiteur, quod super controuersia, que vertebatur inter Nos ex vna et dominum Hermannum vicarium sancti stephani parte ex altera, compromissum fuit et est in dominum Conradum Rauem dapiferum et in Marscalcum Hermannum et Hinricum de Rochow aduocatum necnon in Gerhardum flasmengerum, in Gysonem et Nicholaum fratres de Scadewachten, qui de dicta controuersia de consensu partium ordinauerunt et statuerunt in hunc modum, videlicet quod dictus Hermannus compararet quatuor frusta duri frumenti in redditibus et proprietate, que percipiet ad tempora sue vite: post mortem vero eius Nos canonici dicte Ecclesie dicta quatuor frusta assignabimus ad altare, quod habuit dominus Johannes de konnigsberg, cuius redditus fuerunt ita tenues, quod exinde sacerdos, qui ibidem celebraret, minime poterat sustentari. Dictus eciam dominus Hermannus et sui successores, qui eiusdem altaris sancti Stheptani fuerint vicarii tenebunt vnum dyaconum et subdyaconum et tres corales de annona in testamento Magistri Johannis de Sandow ad hoc deputata, quartum coralem non tenebunt propter viginti solidos de casis in platea textorum defalcatos: de annona eciam supradicta retenta duplicabit idem Hermannus ministros supradictos vel dominis canonicis de hoc faciet rationem. In cuius testimonium presens damus scriptum, sigillo dicti dapiferi, Gysonis et Gerhardi flasmengeri et Nycholay de Scadewachten in Stendal Ciuium communitum. Actum et datum in Stendal, anno domini M^o. CCCI^o. feria sexta post omnium Sanctorum, per manus domini Zacharie.

LXXIV. Das Domcapitel verschreibt dem Jordan Blasmenger, der jenem die Mühle zu Osteren vermacht hat, die Fraternität am 2. Februar 1304.

In Nomine domini Amen. Nos Martinus, dei gracia decanus, Totumque Capitulum Ecclesie Stendaliensis, Recognoscimus Coram vniuersis publice profitentes, quod Honorabilis vir videlicet Jordanus flasmengere nobis Molendinum suum penes Osteren situm in testamento proprietatis titulo conferens delegauit, de quo integer chorus siliginis annis singulis exfoluetur quatuor in terminis ad hoc specialiter deputatis, videlicet in proximo Pascha sex modii Et in festo sancti Johannis baptiste sex modii, In festo sancti Michahelis sex modii, In Natiuitate domini sex modii. Dimidietatem vero Chori predicti pro anima Margarete quondam uxoris sue nobis contulit et proinde eiusdem Margarete anniuersarius cum venerit annis singulis nobiscum in diuinis sollempniter